



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

108. De viro qui consensit uxorem suam velum suscipere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

verit ipse pater, & dabit pretium pudicitie
 ejus. Si autem habuerit sponsum antequam
 deprehensa fuerit, dabitur ei. Tertium, filia
 prædicta deprehensa, si non fuerit voluntas
 patris, trahet eam à prædicto viro, & tradet
 eam alij, & dotabit eam, & legitima erit ei.
 Sed primum his duobus præfertur. Additur
 27. q. 2. c. 13. aliud quartum legitimum conjugium. Dum
 mortua fuerit uxor ejus, licet illi accipere
 aliam, sed non repudiatam, non desponsatam
 viro. Similiter debet & mulier. Quod Paulus
 manifestè docet: *Mulier, inquit, quæ sub vi-
 ro est ligata, sub lege est viri quandiu vivit vir
 ejus.* & reliqua. Additur quintum: Quando
 sive vir sive mulier ex consensu religionem ce-
 perit, licet alteri accipere novum conjugium,
 sed puellam vel puerum,

Hanc auctoritatem, ut credimus, secutum
 est Concilium quod congregatum fuit apud
 Compendium temporibus Pippini Regis, in
 quo decretum ita legimus capitulo XVI.

Concil. Com-
 pend. c. 13.

CVIII. Si quis vir dimiserit uxorem
 suam, & dederit ei licentiam pro religionis
 causa infra monasterium Deo servire & velum
 suscipere, sicut diximus, propter Deum, vir il-
 lius, si vult, accipiat legitimam mulierem.
 Similiter & mulier faciat,

Sed hæc sententia canonicis atque apostoli-
 cis informatur documentis, ut supra monstra-
 tum est. Sed & Nicolai Papæ decretis infor-
 mamur, qui ad Lotharium Regem ita
 scribit.